



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>









# **ALEXANDRI MAGNI ITER AD PARADISUM**

**EX CODD. MSS. LATINIS PRIMUS EDIDIT**

**JULIUS ZACHER**

**PHIL. DR. IN ACAD. REGIMONT. LINGU. ET LIT. THEOTISC. P. P. O.**

---

**REGIMENTI PR.**

**APUD TH. THEILE (FERD. BEYER).  
MDCCCLIX.**





**P**seudo - Callisthenem quem dicunt graecum omnium fere, quae medio aevo conscripta sunt, carminum atque narrationum de Alexandri Magni rebus gestis communem esse fontem ac radicem, intellectum atque viris literatis persuasum est, postquam eum Carolus Müller a. 1846 Parisiis primus edidit<sup>1)</sup>. Tribus codicibus Parisinis usus et in textu constituendo prudenter egit editor, et de libri auctore, patria, fontibus, indole, fatis, doce considerateque est praefatus. Utraque in re primi editoris officio satisfecit, nec, si totam quaestionem non absolvit, hoc vitio ei vertet, qui materiam multo esse et ampliorrem et implicatiorem expertus est, quam quae paucis posset comprehendi plagulis. Simili ratione iisdem fere difficultatibus nunc circumventum me et magna insuper librorum penuria laborantem excusatum habeat benevolus lector, si summas tantum res praefando tangam potius quam explicem.

**D**e Pseudo - Callisthenis igitur — nam inde repetenda est disputatio — nec nomine nec aetate certe

**1)** Arriani Anabasis et Indica ex optimo codice parisino emendavit Fr. Dübner. Reliqua Arriani, et scriptorum de rebus Alexandri M. fragmenta collegit, Pseudo - Callisthenis historiam fabulosam ex tribus codicibus nunc primum edidit, Itinerarium Alexandri et indices adjecit Carolus Müller. Parisiis, editore A. F. Didot. MDCCXLVI.

constat. Alexandrinum tamen eum convincunt commenta, quae de urbis hujus origine, sacris, aedificiis, monumentis, copiose refert. Cumque nihil contineat liber, quod christianam redoleat doctrinam, immo vigen-tibus etiamtum sacris paganis conscriptus deprehenda-tur, non possumus, quin confectum eum censeamus ante Theodosii imperatoris legem a. 392 paganos ritus severe abrogantem, et ante Theophilum Alexandriae episcopum a. 389 Serapeum delentem. Nec spernenda videtur A. Maji sententia<sup>2)</sup>), «ante divisionem imperii conditamque Constantinopolim» (i. e. ante a. 330) compositum librum inde conjicientis, quod inter se compa-raverit auctor maximarum urbium diametros, Antiochiae, Carthaginis, Babylonis, Romae, Alexandriae, omissa Con-stantinopoli, quam tamen maximam urbem post Roman dicat Julianus Caesar<sup>3)</sup>). Accedit, quod nihil in ipso libro huic aestimationi repugnat: ita ut seculo tertio exeunte, vel ineunte quarto, Alexandriae perscriptus jure sit censendus.

Nec in doctos grammaticos referendus, nec tamen omnino illiteratus habendus auctor iste ignotus, qui sub Pseudo-Callisthenis nomine latet, tum ex diversi generis libris scriptis, tum ex commentis ore circumlatis tradi-tisque Alexandri Magni historiam contexuit talem, qualis maxime complacuit non solum suae aetatis civi-bus Alexandrinis, sed totius medii aevi hominibus. Atque maxime quidem ille rationem habuit cum eorum, quae de Alexandro natione Aegyptio — scilicet ex Necta-nabo rege exsule atque Olympiade nato — et de urbe Alexandria ab ipso condita fabulabantur, tum illorum, quae mirabilia atque inaudita in orientali Asiae parte

2) Ad Julii Valerii lib. 1. cap. 24.

3) Orat. I. in Constant. p. 8.

milites offendisse dicebantur. In rebus vero gestis, locis, temporibus et disponendis et dijudicandis tam ineruditum et rudem, ne dicam ineptum, se praebet, ut omnia misceat, turbet, pervertat, et, quae esse debebat narrationis sententia principalis — Graecorum nomen victoria vindicatum, Barbarus cum Graeco in ejusdem dignationis societatem receptus, universus orbis terrarum unius ingenio omnia simul complectentis subjectus — ut ea vix hic illic, invito ac nesciente auctore perluceat.

Quae cum ita essent, fieri non potuit, quin narrationis tenorem mutandi cupido lectorum scriptorumque animos mox intraret, inque dies augeretur. Resecta igitur sunt alia, praesertim quae ad solam urbem Alexandriam spectarent, addita alia permulta, maxime illius generis commenta, quae inaudita atque portentosa narrarent, reliqua tum alios in locos translata, tum alias in formas redacta. Ita factum est, ut Pseudo-Callisthenis graecorum codicum, qui ab seculo undecimo ad septimum decimum conscripti supersunt, nullus genuinam exhibeat operis formam, et critico opus sit labore, eoque satis magno atque arduo, ad rem, quantum fieri hoc possit, in pristinum statum restituendam.

In quo negotio critico juvant nos interpretationes antiquae, haustae ex codicibus, illos quos nunc habemus et aetate et integritate longe superantibus. Primum in his locum obtinere videtur interpretatio latina, quam Julii Valerii nomine inscriptam post A. Majum C. Müller edidit<sup>4)</sup>). Ignoratur quidem, ut ipsius Pseudo-Callisthenis, ita Valerii et aetas et patria; sed diligenter

4) Itinerarium Alexandri. Item Julii Valerii de rebus gestis ejusdem Alexandri libri tres edente Angelo Maio. Ad exemplar Mediolanense, MDCCCVII. Francofurti ad Moenum 1818. Müller Vale-rium Pseudo-Callistheni subjicit. cf. u. 1.

inter se comparatis ultimis duobus quae supersunt Itinerarii Alexandri ab Angelo Maio editi capitibus et capite 80 ad 82 libri tertii Valerii<sup>5)</sup> eo adducimur, ut Itinerarii auctorem Valerii libro (suspecto quidem sibi fonte)<sup>6)</sup> usum esse arbitremur: id quod clariore etiam luceret argumento, nisi Itinerarii finis esset deperditus. Ergo, cum Itinerarium intra annos 340 et 345 conscriptum esse demonstraverit Letronnius<sup>7)</sup>, Pseudo - Callisthenes ante annum 340 a Valerio in linguam latinam conversus esse videtur. In quo vertendo illud sine dubio sibi proposuerat Valerius, ut Pseudo - Callisthenis narrationem graecam non mutaret, sed ad verbum fere redderet latine; codice vero usus est jam aliquantum interpolato.

Copiosam Valerii historiam deinde auctor quidam ignotus ante seculum nonum in breve coegit. Narrationem enim de rebus mirabilibus in India gestis atque visis omnino praetermisit, quippe quae jam seorsum circumferretur praefixo titulo »Alexandri M. epistola ad Aristotelem de itinere vel de situ Indiae«<sup>8)</sup>; idem illa etiam rejicit commenta, quae argumenti essent, ut ita dicam, specialis; reliquas vero fabulas in arctius contraxit, servatis tamen et narrationis tenore, et ipsis quidem, quantum in epitome fieri potuit, Valerii

5) Ad eandem sententiam facere etiam videntur capita Itinerarii 11. 16. 18. comparata cum Valerii 3. 2. 1, 61. 1, 59.

6) „Si quis aurem ad fidem dicentis inclinet.“ Itin. c. 120.

7) Journal des Savans 1818. Juillet, p. 304.

8) Alexandri Magni epistola de situ Indiae et itinerum in ea vastitate ad Aristotelem praeceptorem suum perscripta, ex interpretatione Cornelii Nepotis. Nunc denuo recensuit et animadversiones novas hinc inde inspersit, epitaphium Alexandri M. addidit et pauca praefatus est Andreas Paulini. Gissae 1706. — Haec epistola inde a seculo nono in multis codicibus reperitur.

verbis. Per hanc epitomen integra Valerii relatio ita obscurata est, ut fere in oblivionem adduceretur, et per pauci tantum ejus codices, neque ii incolumes, ad nos pervenirent. Sed epitomes codices, pauca folia complectentes, seculo nono et sequentibus conscripti, satis frequentes in bibliothecis inveniuntur. Medii aevi auctorem qui integro Valerii libro usus sit novi neminem: at epitome et epistola de mirabilibus Indiae usi sunt chronicorum scriptores complures et poetae nonnulli, in quibus poeta anglus (vel Gallus is quem Anglus secutus est) in priore parte carminis illius, quod inscribitur Kyng Alisa undre<sup>9</sup>). Integri Valeriani libri initium deperditum esse videtur; epitome, typis nondum evulgata, incipit his verbis: „*Aegypti sapientes sati genero divino primi feruntur permensisque sunt terram ingenii pervicacia et ambitum coeli stellarum numero assecuti . . .*“ Epistolae ad Aristotelem de situ Indiae exordium hoc est: „*Semper memor tui etiam inter dubia bellorumque nostrorum pericula . . .*“

Secundum inter versiones locum tenere videtur liber armenius, quem praefixo titulo Padmuthiun Acheksandri Maketonzwui (i. e. Historia Alexandri Macedonis) anno 1842 Mechitaristae Venetiis ediderunt. In quo edendo defecisse eos a laudabili consuetudine libros suos interpretatione latina adornandi cum maximo meo incommodo aegerrime tuli. Ex paucis enim, quae tum Neumannus in publicum protulit<sup>10</sup>), tum Petermannus benigne mecum communicavit, satis perspexi, auctorem armenium (quem seculo quinto scripsisse Mech-

9) Metrical Romances of the thirteenth, fourteenth, and fifteenth centuries: published by Henry Weber. Vol. I. Edinburgh 1810.

10) Gelehrte Anzeigen, herausgegeben von Mitgliedern der k. bayer. Akademie der Wissenschaften. 1844. n. 250—252.

taristae contendunt, vel ipsum Mosen Chorenensem fuisse suspicantur) multo integriore Pseudo-Callisthenis graeci codice usum, eumque multo pressius secutum esse, quam Julium Valerium fecisse manifestum est.

Qui tertio loco enumerandus est liber latinus, etsi longius jam distat a sincera Pseudo - Callisthenis narratione, maximi tamen est momenti, quod ex eo potissimum hauserunt, qui post seculum decimum in Europa occidentali de Alexandro M. scripserunt. Auctoris nomen, patriam, aetatem, consilium, novimus ex praefatione ejus, quam integrum hic proferre eo magis e re visum est, quod in libris manuscriptis raro occurrit, in editis omnino desideratur. Dedi eam ex seculi XII vel XIII codice lat. Monacensi n. 23489, quem Schmellerus describendum mihi curavit, et descriptum, qua fuit humilitate eximia, ipse recognovit.

*„Prologus in vitam Alexandri.*

*Certamina vel victorias excellentium virorum infidelium ante adventum Christi, quamvis extitissent pagani, bonum et utile est omnibus Christianis ad audiendum et intelligendum, tam praelatis quam subditis, videlicet secularibus et spiritualibus viris, quia cunctos ad meliorem provocant actionem. Nam prelati, id est<sup>11)</sup> rectores, legendo et considerando quemadmodum predicti pagani idolis servientes agebant se caste et fideliter, atque in omnibus se irreprehensibiliter ostendebant, per eorum exempla bonorum operum ita acuant mentes suas, eo quod fideles et membra Christi esse videntur, ut multo magis meliores se illis demonstrent in castitate et justitia atque*

11) *idem. cod.*

*pietate. Subjecti vero, id est milites sub militia constituti, legendo vel audiendo talia certamina et operationes commilitonum suorum, qui magis demonibus quam deo militabant, certent se prudentiores illis ostendere in omni bono opere, sicut docet milites Christi: nam dominis carnalibus pure et fideliter secundum preceptum apostoli deserviant, deo vero, creatori suo, tota mente ita decet famulari, custodiendo praecepta ejus, nulli unquam violentiam facientes, aut aliena auferentes, sed in sua substantia abundare, sicut praecursor et baptista Christi, beatus Johannes, in evangelio praecepit<sup>12)</sup>), ne, quod absit, militando seculo alienetur milicia celesti. Licet namque spiritales homines audire, que et qualia certamina, vel quam benignas operationes propter amorem seculi in se habebant pagani ab initio usque ad adventum Christi, ut merendo considerent, quam sapientes et pios viros tunc possidebat diabolus, excrucando mentes illorum, ne suum agnoscerent creatorem, et servirent creature potius quam creatori, et ideo intelligebunt, quam justum et quam necessarium fuit humano generi adventus Christi, quia, secundum suoram scripturam, si nos non visitasset ex alto redemptor noster, demonstrando se ipsum nobis viam salutis, per quam salvaremur, ut eum solum in trinitate adoremus, ipsunque verum creatorem omnium agnosceremus, funditus enim nos omnes perieramus. Quapropter pura mente cum apostolo ammirando clamemus: „O altitudo divitiarum sapientie et scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus,*

12) Luc. 3, 14. Interrogabant autem eum et milites, dicentes: Quid faciamus et nos? Et ait illis: Neminem concurtiatis, neque calumniam faciatis; et contenti estote stipendiis vestris.

*et investigabiles viae ejus!“<sup>13)</sup> et iterum cum psalmista inquirentes exolamemus: „Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes virtutes ejus?“<sup>14)</sup> Subaudis: nemo.*

*Interea regnantibus Constantino et Romano magnificis imperatoribus Christianorum [920 — 944] et principatum ducatus totius Campanie dominantibus Johanne et Marino excellentissimis ducibus atque consulibus [941 — 965]<sup>15)</sup>, quibus quedam necessitas accidit transmittendi nuntium suum usque Constantinopolin ad eosdem praefatos imperatores; et tunc miserunt Leonem archipresbyterum valde fidelem. Quo per gente in eandem Constantinopolitanam urbem cepit inquirere libros ad legendum. Inter quos invenit historiam continentem certamina vel victorias Alexandri regis Macedonie. Et tunc nullum negligentiam vel pigriciam habendo sine mora scripsit, et secum usque Neapolim deduxit ad suos predictos excellentissimos seniores, et ad praeclaram et beatissimam conjugem ejus [sc. Johannis], Theodoram vide-licet, senatricem Romanorum, que die noctuque sacre scripture meditabatur; viuarum namque et orphanorum atque diversorum advenarum protectrix indeficiens permanebat. Que juvenili etate curseum vite finiens infra tricesimum octavum annum migravit ad dominum. Post ejus transitum praefatus Johannes, excellentissimus, consul et dux, vir ejus,*

13) Rom. 11, 33.

14) Ps. 105, 2.

15) Cf. Chronicon ducum Beneventi Salerni Capuae et Neapolis in Pertzii scriptt. rer. Germ. 3, 211 sqq. et Waitz, in Pertzii archivio 9, 692, qui hujus praefationis partem posteriorem ex cod. Bambergensi E. III. 14 membr. sec. XI. formae quadratae publicavit.

*et deo amabilis, statuit mentis sua ordinem scripturarum inquirere et preclare ordinare. Primum vero libros, quos in sua dominatione invenit, renovavit, atque meliores effectos anxie inquirens, sicut philosophus, quoscunque potuit habere vel audire, sive rogando vel precando, multos et diversos libros accumulavit et diligenter scribere jussit. Maxime ecclesiasticos libros: Vetus scilicet atque Novum Testamentum funditus renovavit atque composuit. In quos historiografiam atque cronographiam, Josephum, et Titum Livium, atque Dionisium, celestium virtutum optimum predictorum, atque ceteros quam plurimos et diversos doctores, quos enumerare longum esse videtur, instituit. Eodem namque tempore commemorans ille sagacissimus consul et dux, prefatum Leonem archipresbyterum habere jam dictum librum, historiam scilicet Alexandri regis, vocavit eum ad se, et de greco in latinum transferri precepit — quod et factum est, sicut consequentia docent — omnibus laborantibus, tam datoribus quam scriptoribus, bonum tribuens meritum pro salute anime et memoria sui nominis.“*

Leo igitur archipresbyter Neapolitanus circa seculum decimum medium Constantinopoli invenerat Pseudo-Callisthenis librum graecum, eumque ita latinum fecit, ut non integrum converteret, sed omnino praetermissis commentis iis, quae vel exilioris vel obsoleti argumenti putaret, reliqua modo plena redderet, modo coarctaret, modo ex aetatis ingenio transformaret. Nova libri forma tam egregiam tulit laudem, ut saepissime describeretur et per omnes terras occidentales divulgaretur. Sed in describendo eo tantum sibi indulserunt

scriptores, ut non solum genus orationis mutarent, sed etiam singula commenta modo alios in locos transferrent, modo ejicerent, modo interpositis novis augerent. Quae quidem scriptorum licentia tam mature incepit, tamque late vagata est, ut ad hunc usque diem nondum invenierim codicem manuscriptum qui Leonis narrationem sinceram et incorruptam contineret. Foedius etiam mendis atque interpolationibus scatent editiones seculi quinti decimi exeuntis »Historia Alexandri Magni regis Macedonie de preliis« inscriptae, inter quas Argentinenses vel vitiosiores deprehendi Trajectinis. — Incipit Leonis narratio his verbis: „*Sapientissimi namque Egyptiorum scientes mensuram terrae atque divinantes undas maris et celestium, id est stellarum, ordinem computantes . . .*“

In primos qui Leonis libro latino usi sunt referendum esse Gorionidem Judaetum, tum aliis indiciis sufficientibus, tum singulari quodam peccato appetet, quod in vertendo eo commisit. Ammonis enim formam Pseudo-Callisthenis codex graecus his fere verbis descriptam exhibuerat: *τὴν μὲν ἡλικίαν μεσῆλιξ, πολὺς τὴν χαῖτην, κέρατα κριοῦ ἐπὶ τῶν κροτάφων ἔχων*<sup>16</sup>), quae his latinis verbis reddita leguntur in »historiae de preliis« editione Ultrajectina (fol. 2.a.): »neque juvenis neque vetus est, sed in media etate consistit, habens in fronte cornua arietina et barbam canis ornatam.« At Gorionides teste Gagnierio<sup>17</sup>) locum ita vertit: »deus ille

16) Ita scriptus est locus in codice Lugdunensi chartaceo sec. XV. formae quam dicunt octavae, inter codd. Vulcanii n. 93. fol. 186. b. quem quum inter Batavos versarer ipse descripsi. Müller 1, 4 ex cod. par. dedit . . . *χρυσόκομος τὴν χαῖτην καὶ τὰ γένεα . . .*

17) Josippon, sive Josephi Ben-Gorionis historiae judaicae libri sex. Ex hebraeo latine vertit, praefatione et notis illustravit Johannes Gagnier. Oxonii 1706. 4o. p. 46.

mediocris est staturaे, neque senex neque juvenis, in fronte autem gerit cornua tanquam cornua tauri, barba ejus instar barba כָּלְבָּה (chelef, canis).<sup>18)</sup> Ambiguam igitur ab Leone adhibitam vocem »canis«, Gorionides non de capillis, sed de animali quadrupede dictam satis inepte putavit<sup>19).</sup>

Eodem Leonis libro deinde usus est poeta quidam Gallicus, quem Albericum Vesontinum (Elberich von Bisenzün) appellat, qui ipsius exemplum secutus seculo duodecimo primus ex Germanis Alexandreidem composuit, *Lambertus Clericus*<sup>20)</sup>. Periit quidem carmen Gallicum, sed plane eadem illud continuisse, atque ea eodem et more et ordine relata, ac Lamberti poema theotiscum, tum ex parvo quodam ejus fragmento a Paulo Heysio nuper invento<sup>20)</sup> intelligimus, tum ex alio carmine gallico de Florimundo colligimus, quod circa a. 1188 Amatus (Aimé) de Varenne in oppido Castellione (Châtillon) prope Lugdunum composuit<sup>21).</sup>

Albericus igitur Vesontinus, etiam si in universum quidem Leonis narrationem nondum, ut videtur, interpolatam gallicis versibus redderet, tamen quaedam vel mutavit vel addidit. Atque primum quidem ille, honestatis verecundiaeque consilio ductus, rejectit fabulam

18) De Gorionide cf. Zunz, die gottesdienstlichen Vorträge der Juden, p. 146 sqq. et Selig Cassel, Magyarische Alterthümer. Berl. 1848. p. 311 sqq. qui in Italia post annum 965 eum scripsisse contendit.

19) Quo teste Massmannus in commun. ad Eracium p. 390 dicat, Albericum Vesontinum a. 1138 monachum Cluniacensem fuisse, investigare non potui.

20) Paul Heyse, Romanische inedita auf italienischen Bibliotheken gesammelt. Berlin 1856. Cf. Rochat, in Pfeifferi Germania. Stuttg. 1856. 1, 273 sqq.

21) Paulin Paris, Manuscrits françois de la bibliothèque du roi 3, 9 sqq.

de Nectanabo Alexandri patre subditicio, quam Amatus eadem qua Lambertus ratione, utraque sine dubio ex Alberici carmine hausta, refellit. Postquam enim Amatus Alexandri historiam omnibus notam esse his verbis indicavit: *Seignor, je sai assez de fi, que d'Alixandre aves oï, Nectanabum patrem his versibus explodit:*

*la gent en disoient folie,  
que Olimpias fu sa mie,  
qu' Alixandres ses fius estoit;  
mais cil se ment qui le disoit.  
grant menoigne dist qui le dit,  
quar Alixandres puis l'ocist<sup>22)</sup>.*

quibus haec Lamberti congruunt (v. 262 sqq.):

*einem sinem meistere daz wol schein,  
den stiez er ze tal übr einen stein,  
daz ime sin hals in zwei brach,  
wander im eine lugene zuo sprach.  
nu sprechent manege lugenaere,  
daz der sin vater waere.  
vil ubile ich des gelouben mach,  
wander ime den hals in zwei brach.*

Auxit etiam Albericus narrationem de oppugnationibus Tyri et Lacedaemonis, adjecitque descriptionem pugnae ad Granicum. Ex ignotis vero nobis fontibus haec eum hausisse non est cur suspicemur, cum mediis aevi poetis gallicis proprium sit, ut in pugnarum descriptionibus exsultent, easque vel ad satietatem usque producant, vel etiam oblata occasione proprio marte narrationi inserant.

Sed aliam adjectam fabulam venustissimam, de puellis umbraticis simul cum floribus nascentibus et morientibus<sup>23)</sup>, ut aliunde acceperit necesse est. Satis

22) P. Paris I. I. p. 29.

23) Lambert. v. 5004 sqq. Weissm.

quidem vulgatam eam per Galliam australem produnt  
hi versus Guilelmi de Turre:

*plus que las domnas, que aug dir  
qu' Alixandres trobet et bruoill,  
qu' eran totas de tal escuoill,  
que non podian ses morir  
outra l'ombra del bruoill anar<sup>24)</sup>;*

sed latine relatam ad hunc usque diem frustra quaesivi.  
Ultimam vero commenti illius originem Humboldtius  
ingeniosissime repetit ab Arabum rumore de insula  
portentosa Vacvac<sup>25).</sup>

Denique Albericus fabulae exitum mutavit. Rejectis  
enim iis quae Leo archipresbyter narraverat de Alexandri  
fatis ultimis atque morte in locum eorum substituit  
commentum de Alexandri itinere ad Paradisum.  
Quod cum latine extare comperisset in Bibliothecae  
Regiae Parisiensis cod. lat. n. 5819 sec. XIII, formae  
quam dicunt, octavae, membranaceo, continent Vitam  
Alexandri (fol. 1—31), epistolam de mirabilibus Indiae  
(fol. 32—49), et de itinere ad Paradisum (fol. 49—56),

24) Raynouard, choix de poesies des troubadours 2, 299.

25) „Das sind die mädchen aus Edrisis östlichster zauberinsel Vacvac, die ein ausfuhrartikel sind, und in der lateinischen übertragung des Masudi Chothbeddin puellae vacvakienses heissen.“ Kosmos 2, 114. ... les îles Vac-vac étaient au douzième siècle la dernière terre connue à l'est, et par conséquent enveloppée de traditions fabuleuses, comme l'étaient à l'ouest, du temps d'Homère et d'Hésiode, l'Elysée, les Hesperides et les Gorgones. ...selon Bakui et Ebn Tophaili, commenté par Eichhorn (ils) sont si riches en or, que les singes portent des colliers de ce métal; et l'arbre qui crie quak-ouak à ceux qui débarquent (sans doute lorsque quelques gros Psittacées y sont nichés), porte à l'extrémité de ses branches d'abord d'abondantes fleurs, et puis, au lieu de fruits, ces belles demoiselles qui deviennent un object d'exportation, et que Masoudi Khothbeddin appelle puellas vacvakienses.“ Examen critique de l'histoire de la géographie du nouveau continent. 1, 52 not.

rogavi Gervinum, ut describendum illud mihi curaret. Ille vero non solum voto comiter satisfecit, sed, qua est liberalitate eximia, descriptum a Michelantio dono mihi dedit. Deinde ipse quum Guelferbyti codices perlustrarem ad Alexandri historiam spectantes, idem commentum deprehendi in cod. lat. Extravag. n. 163, sec. XIII, formae octavae, membranaceo, continente 1) Alexandri M. iter ad Paradisum (foliorum 9); 2) artis poeticae Horatii fragmentum glossatum (fol. 3); 3) fragmentum ex Chalcidii Timaeo Platonico (fol. 3); 4) tractatum de Sibyllis (fol. 4); 5) laudem, ut videtur, musicae, notis musicis ornatam (paginarum 4 $\frac{1}{2}$ ), incipientem: *Vite dator omni (?) factor d's naturę formator mundi globū sub potenti claud' volubilem palmo in factura sua splendet magnificus....* Codicis ultima folia rescripta sunt, cum sub quarto quintoque tractatu pallida conspiciantur vestigia unius vel potius duorum erasorum tractatum theologorum latinorum. — Quam in cod. membr, Collegii Corporis Christi Oxoniensis 1549, 82 ex catalogo codd. mss. Angliae et Hiberniae extare didiceram «Epistolam de adventu Alexandri ad Paradisum», eam ut descriptam adipiscerer maxima quidem data opera nullo tamen modo impetrare potui.

Dedi igitur Alexandri itineris ad Paradisum narrationem, qua Albericum usum esse ex Lamberto nostro (v. 6446 sqq.) manifestum est, adhibitis codicibus quos modo dixi duobus seculi XIII, et Parisino (A) et Guelferbytano (B), utroque satis bono, sed Parisino aliquantum integriore, ita, ut Parisini libri menda manifesta, quantum fieri hoc posset, Guelferbytani ope corrigerem.

Latinae narrationis et argumentum et color aperte produnt originem hebraeam. Et re vera antiquissima,

quam novi, hujus commenti commemoratio occurrit in tractatu Talmudico Tamid (IV. f. 32), ubi his sere verbis relatum dicit Eisenmenger<sup>26)</sup>: »Als derselbige kam, sass er an ein fliessendes wasser, und ass brod, und hatte kleine gesalzene fische in seiner hand. Da man nun dieselbigen abwusch, bekamen sie einen guten geruch<sup>27)</sup>: darauf sprach er, hieraus kann man abnehmen, dass dieses quellen-wasser vom Paradeis herkomme. Einige sagen, er habe von demselbigen wasser genommen und sein angesicht damit gewaschen: andere aber melden, er sei so lange dem wasser nachgegangen, bis dass er zur pforten des Paradeises gekommen sei, und daselbst habe er gerufen: öffnet mir die pforte; man sprach aber zu ihm: dieses ist die pforte des herrn, die gerechten müssen da hinein gehen<sup>28)</sup>. Da sagte er: ich bin auch ein könig, und bin hoch geachtet; gebet mir etwas. Hierauf gaben sie ihm einen todtenkopf, und er nahm ihn mit sich, und legte ihn auf eine wageschale, und all sein gold und silber, das er bei sich hatte, legte er auf die andere wageschale, und der todtenkopf war doch schwerer als das gold und silber. Da fragte er die rabbinen, was solches wäre; und sie antworteten ihm, es wäre ein todtenkopf, und dass das auge des fleisches und blutes (i. e. des menschen) nicht könne gesättigt werden. Und als er sie weiter fragte, woher er es wissen könnte, dass dem also sei, nahmen sie ein wenig staub, und bedeckten den todtenkopf damit, und alsbald war das gold und silber schwerer. Denn es stehet geschrieben: das grab

26) Entdecktes Judenthum. Königsberg 1711. 2, 321.

27) Cf. Pseudo-Callisth. Mülleri lib. 2. c. 39.

28) Ps. 118, 20.

und die hölle werden nimmermehr gesättiget, und die augen des menschen werden nicht satt<sup>e 29).</sup>

In Pseudo-Callisthenis codicibus quibusdam graecis <sup>30)</sup> legitur fabula, quae huic commento rabbinico respondet, de Alexandro Terram Beatorum Fontemque Juventutis frustra quaerente, et de coquo ejus, cui nomen fuit Andreas, qui cum piscem sale conditum (*τάριχον*) lavando fontem illum invenisset, eumque dominum celasset, hausta fontis aqua in daemonem marinum est mutatus: quae quidem fabula effecta videtur ad similitudinem illius, quam de Glauco refert Schol. Platon. p. 421 (in Rempubl. p. 611 D. ed. Steph. Lugd. 1590). Graecam hanc fabulae formam ut aetate paullo priorem dicas illa rabbinica, idem tamen concedes, transfiguratione ista rabbinica plane aliam novamque eam factam, multoque et venustiorem et augustiorem quasi redditam. Sed interpretatio nostra latina cum nimis tamen distet ab ista talmudica, necesse est aliam etiam fabulae relationem item rabbinicam inter utramque fabulae formam medium intercessisse, cuius etiamsi vestigium nondum invenerim, non tamen dubito, quin in decimi vel undecimi seculi hagadicorum librorum, quos dicunt, aliquo lateat, unde haustum eam seculo fere undecimo doctus aliquis judaëus vel christianus Galliae australis latinam fecerit.

Sed haec hactenus, quae lectorum humanitati interim commendata esse volo, cum in animo mihi sit, de reliquis historiae fabulosae Alexandri fatis favente Deo alias uberius disputare.

29) Proverb. 27, 20.

30) Pseudoc. ed. Müller lib. 2 c. 39—41. Cod. Lugd. 245 b. — 249 a.

## De itinere ad Paradisum.

Igitur Alexander nobili ac multiformi praeda onustus se cum suis copiis a finibus Indorum surripiens et compendiosas agens dietas proximis fovebatur mansionibus in promunctoriis fluminum mari adjacenter, indulgens quodammodo quieti ad recreandum exercitum suum post multę et periculoſę fatigationis incommodum. Qui quocumque locorum divertebat bene atque honorifice suscipiebatur, omniumque famulatu ab universis gentibus honorabatur, tum pro 10 sui liberalitate et gratia, tum pro compescenda et evadenda suorum bonorum direptione. Satagebant enim principem beneficiis praevenire, ut comites ejus pacificos atque benivolos experirentur, quos adversarios et raptore fore arbitrabantur. Hoc ordine 15 devenit ad fluvium latissimum, in cuius ripa offendit navim amplę magnitudinis velis et remigiis nec non

1. *In cod. B. titulus fere omnino evanuit:* De mirifico ..... alexandri regis (?) .... modo ueneno extinctus occubuerit.
2. et B.
3. subripiens B.
8. locorum *deest* A.
9. benigne ac B. omnimodo f. B.
11. sua libertate B. cum pro compescenda B.
17. magne amplitudinis B.

diversis armamentis omnique compositione instructam et ad laborem firmissimam. Sciscitatus de nomine fluvii didicit hunc esse Gangem, qui et Physon, cuius origo est Paradisus voluptatis. Cernebat etiam 5 arborum folia permaxima tectis domorum superposita, quæ per amnis decursum effluentia longissimis virgis attingunt incole, quæque sole siccata et in pulverem tusa gustum miri saporis prestant utentibus. Horum omnium seriem edoctus, insuper de 10 creatione et situ loci, ait cum suspirio: „nichil perfeci in mundo, totiusque ambitionis nichili pendo, nisi hujus voluptatis participium permeruero.“ Statimque suorum copiis tuto in loco stabilitis assumpsit quingentos clipeos electe juventutis acris animi 15 totiusque periculi inperterritos et continui laboris exercitio promptissimos, dispositisque victualibus ad totius estatis decursum sufficientibus consensa navi se prosperis credidit flatibus. Consumpta vero jam unius mensis navigatione nimia cum difficultate con- 20 tra impetum furentis fluvii — nam ad ejus originem, si fas esset, totis animis intendebant pertingere — vires juvenum, qui se invicem cohortantes voluntarie

1. structam B.
3. gangen A. phison B.
6. annis B.
10. profeci B.
11. tociusque mee ambitionis B.
12. promeruero B.
14. clipeos B.
15. inpertritos; totusque periculi proptissimos; B.
17. Sufficient' ad totius estatis decursum B.
18. prosperis se B. consumptaque mensis unius B.
20. furentis *deest* B.
21. intenderant B.

labori ingerebant certatim, ceperunt lassescere. Cumque ulterius progrediendi nulla suppeditaret facultas — nam crebris inundationibus quassati fatigabantur, et incredibilis fluctuum sonitus pene omnium auditus adeo debilitabat, ut nullus vocem comparis ni altius 5 inclamantis advertere posset — tandem die tricesima quarta eminus conspicantur quasi edificium civitatis mire altitudinis et longitudinis. Quo cum nimia difficultate pervenientes, flumine suos impetus quodammodo propter littora cohibente sonitusque frago- 10 rem mitius producente, littoris angustia tellusque lutea secus maceriam iter pedestre vetabat. qua-propter urbis latus, quod absque termino porrigeba-tur ab aquilone in austrum, pene triduo non absque tedium navigavere, explorantes sicubi forte pateret adi- 15 tus ad ingrediendum. Macerię illius magna erat equalitas, nullis turribus seu propugnaculis in giro surgentibus, cuius tota superficies adeo veteri musco erat obducta, ut lapidum nulla appareret compositio vel junctura. Tertia vero die per brevis fenestellę 20 interius munitiones aditus apparuit, qui cunctorum intentium labores et tedia quasi spe magni profectus relevavit. Statimque Alexander nonnullos suorum in scapham deponens, si forte pulsantibus quispiam

- 5. alterius B.
- 6. trigesima B.
- 7. conspicantur eminus B.
- 12. uetabat iter pedestre B.
- 13. abque *rasa quidem littera q.* B.
- 16. erat *deest* A.
- 19. pateret B.
- 20. per brevis A. B,
- 22. magne B.
- 24. scaphas B.

aperiret, mandata sua incolis preferenda eis contradidit. Qui ad locum venientes et graviuscule impingentes aditum patefieri clamitabant. Mox interius quidam pessulum solvens blanda voce sciscitabatur ab illis, qui vel unde forent, causamque sibi intimari tam insolite et inaudite exactionis postulat. At illi „sumus“ inquiunt „legati, non cujuscunque principis, sed regis regum Alexandri, invictissimi, cui omnis mundus obtemperat, quem omnis potestas expave-  
 10 scit. Hęc ex consultu primatum suorum mandat regia nobilitas: quod gentium genus quarumve legum hujus loci sunt incole? quantę copię? qua confidunt securitate? quis rex eorum, vel qua spe subsistit? qua fiducia gloriatur? quibus viribus nititur? Po-  
 15 stremo imperat dominus: si spe vite, si corporis salute, si temporum quiete cupitis perfrui, ne extollamini per insolentiam, sed omnibus gentibus consuetudinarium persolvatis ei tributum.“ At legatio-  
 nis auditor in nullo verborum motus hilari facie mi-  
 20 tique affatu exactoribus respondit: „Ne fatigemini plurima minarum exaggeratione, seu multiformi ex-  
 actione, sed patienter prestolamini me quantocius ad vos reversurum.“ Quo dicto clausit fenestram,  
 et post duas ferme horas denuo patefaciens se ope-  
 25 rientium aspectibus reddidit; proferensque gemmam miri fulgoris rarique coloris, que quantitate et forma

1. incolis loci preferenda tradidit B.
4. sciscitatur B.
5. intimare B.
20. respondit exactoribus B.
22. quantotius A.
23. fenestram *deest* B.

humani oculi speciem imitabatur, exactoribus obtulit,  
 eisque dixit: „Mandant hujus loci incole, reddi —  
 quocumque modo, sive dono, sive tributario debito  
 decreveris — prodigiū commonitorium. in hoc suscipe,  
 quem tibi karitatis intuitu mittimus, lapidem, qui 5  
 terminum tuis cupiditatibus poterit imponere. nam  
 cum naturam et virtutem ejus didiceris, ab omni  
 ambitione ultra cessabis. Noveris etiam, tibi tuis-  
 que non expedire hic ulterius inmorari; quoniam, si  
 fluvius hic vel modico spiritu procellę afflatur, pro- 10  
 cul dubio naufragium incurretis cum detimento vitę  
 vestre. Quapropter te sociis restitue, et deo deorum  
 pro tibi collatis beneficiis ne ingratus esse videaris.“  
 His dictis conticuit, obseratoque aditu recessit. At  
 illi festinato navim repetentes Alexandro gemmam 15  
 cum mandatu detulere. Ille vero, ut vir sagacis  
 animi, rei considerans eventum, vimque verborum  
 perpendens, celeri reditu ad nota se contulit littora,  
 suorumque revisit contubernia. At illi, de optato  
 sui ducis adventu gratulabundi, et eventus ejus seriem 20  
 edocti, fortunae laudum solvunt libamina, quod in-  
 columem meruerint recipere, de cuius vita gravi  
 succubuerant diffidentię. Compererant enim exper-

1. optulit B.
2. loci huius B.
4. suscipe in hoc B.
7. naturam eius et virtutem B.
8. noveris enim A.
9. immorari B.      quum si A.
10. afflatus A.
11. incurreris A.
12. sociis celerius restitue B.
22. meruerunt B.
23. enim <sup>ab</sup> expertorum A.

torum relatione multimoda furentis fluvii pericula,  
 aurę incertitudinem, aquarumque gravissimam inun-  
 dationem, cursus velocitatem et vehementiam, unda-  
 rum intolerabilem strepitum, gaudebantque post mul-  
 tam desperationem suarum virium rectorem felici  
 auspicio omnia hęc superasse. Inde vero progredien-  
 tes in Susis civitatem opulentissinam devenere, sus-  
 ceptique cum omni honorificentia, ut decebat ma-  
 jestatem regiam, munificentissimos omnes, maxime  
 10 majores natu, experti sunt. plerique enim procerum  
 imperialem nobilitatem donis precipuis honorabant,  
 nec minus ipsi regio munere amplificati recedebant.  
 Sequenti vero die sapientissimis quibusque Judeorum  
 atque gentilium, in quibus erat spes certę respon-  
 sionis, secreto sibi ascitis, seriem sui eventus repli-  
 cando, cum illis rei mysterium ventilare cepit; gem-  
 mamque suam proferens naturam ejus virtutemque  
 ab eis investigabat. At illi, de propositis nulla cer-  
 titudine pediti, quod solum poterant, felicitatem viri  
 20 laudabant, eventum magnificabant, potentiam extol-  
 lebant, tempusque redimentes ambiguitati operam  
 dabant. Quod Alexander egre ferens molestiam  
 mentis maxima probitate dissimulabat, et, ignoran-  
 tiam hominum simplicitatemque nullo contemptu de-  
 25 notans, personas donis regiis honorabat. Erat autem  
 in illo loco senex quidam decrepitus iudeus, Papas

- 6. hec omnia B.
- 13. sapientibus B.
- 14. in quibus in quibus B. *deest* A.
- 18. inuestigabat ab eis. B.
- 25. Erat in loco B.
- 26. papas nomine iudeus. B.

nomine, qui, annosę vitę debilitate fessus, nusquam locorum, nisi duobus in gestorio se ferentibus, converti poterat. Hic amicorum relatione cognoscens regis adventum, eumque pro misterio lapidis incerto anxietate plurima turbari, petiit se aspectibus ejus 5 presentari. Quo viso Alexander nobilitati suę consuetudinariam honorificentiam canis reverendis exhibuit; senemque juxta se decenter collocans congratulabatur diuturnę vitę suę et speciosę viri forme et honestę gravitati. susceptoque sermone, qui ei 10 familiaris et desiderabilis cum senibus erat, de antiquitatis noticia cepit percontari. Quo de singulis satisfacente Alexander considerabat in viro adjacentis ei sapientię pelagus, ingressusque suę profectiōnis seriem multiplicitatē laborū eventusque sui pro- 15 speritatem cepit proponere. At Judeus, audita ejus prospera navigatione et eventus felicitate, supra modum humanę estimationis admirans, protensis sursum manibus ait coram omnibus: „O rex, quantum Deo celi debeas modis omnibus perpendere non negligas. 20 nulli enim mortalium huic simile concessit. nec enim fatalis eventus, sed divine largitatis munus. Memini, me puerο nonnullos juvenum viribus ingenioque prę-

2. ni A.
3. collocavit A. congratulabantur diuturne uite B.
9. uiri speciose forme B.
10. qui qui ei B.
12. p cunctari B.  
perscrutari B.
12. Quo uiso de B.
14. pelagus adiacentis ei sapiē. B.
18. ammirans B.
21. nec ē B.
23. mte a puero A. prępeditos A

ditos navigationem hanc assumpsisse, nec ullo modo  
 prevaluisse urbis illius mēnibus applicari, et tamen  
 pene omnes inutiles extitisse. nam plerique laboris  
 nimietate viribus exhausti fluctibus sunt absorti, ple-  
 5 rique ceci, plerique surdi, plerique membrorum om-  
 nium tremore multati perpetualiter sunt periclitati.  
 Dein alii atque alii diversis temporibus hanc fatiga-  
 tionem aggressi, sed frustra moliti sunt; quoniam  
 diversis passionum generibus debilitati vix evaserunt,  
 10 terminumque huic inutili negotio ante tempora multa  
 posuerunt. At tu, quo fatorum moderamine, cum  
 tuis incolumis, furentes fluctus superasti, urbem om-  
 nibus ignaram apprehendisti, responsa omni mortali-  
 um insueta suscepisti? Revera permissu seu dispo-  
 15 sitione divina, aut magni prodigiī gratia.“ Hujusmodi  
 propositionibus Alexander animęquior redditus a priore  
 ambiguitate respondit exhilarato corde: „Nequaquam  
 fallit scriptura protestans quoniam in antiquis est sa-  
 pientia. Assertio tua, o Judee, quodam spirituali  
 20 misterio consonat relationi veridicę, quam mihi de-  
 stinaverunt urbis illius incole. Quapropter ad illius  
 de quo suspicaris prodigiī indaginem consultis hujus  
 loci sapientibus grandi coartabar tedio.“ Mox ape-  
 riens lapidem, qui in manu latebat, „en“, inquit,

2. applicare B.
11. te cum tuis incolume B.
12. urbem oīs hospitis ignaram B.
13. om̄um B.
16. priorum B.
18. quō (i. e. quoniam) B. et sapientia A. ē sapientia B.
20. michi B.
22. suspucaris B.
24. qui manu B.

propositionis hujus inicium et summa!“ Quem Judeus suscipiens diuque considerans „hic est“ ait „vere prodigium et commonitorum non contempnendum regie dignitati.“ At Alexander „quoniam“ inquit „in nullo discrepas a datoris hujus sententia, 5 jam ne diutius me suspensum trucides, si quid nosti super hoc edissere, ut rumpas mee ambiguitates ignorantie.“ Ad hec Judeus „quamvis“ ait „dictis veridicis plerumque fides adhibetur, tamen in definitione novę actionis facilius persuadere potest visus 10 quam auditus. Lapis hic modice quantitatis est, sed immensi ponderis, ita ut ejus gravitati nichil queat equiparari. Nunc igitur coram me deferatur statera ponderis et libra auri.“ Quibus presto factis imposuit uni vasculo staterę lapidem, et alteri aureum 15 nummismata, quod lapis preponderans post se traxit in altum. Additis etiam duobus, et tribus, ac quatuor, novissime tota libra auri, insuper et quantum libra capere potuit: ne uno quidem momento valuit lapis a gravedine sui ponderis moveri. Dein quesita 20 et reperta statera, que capacior in loco inveniri poterat, trabibus est appensa, multaque auri centenaria imposita: que, ut primum nummismata, pari modo

- 2. et diu B.
- 6. trutines B.
- 7. ambiguitates mee ignorantie B.
- 8. At h' B.
- 12. in m̄si B.
- 16. n̄missa B.
- 18 quantum poterat trutina capere B.
- 20. greuedine B.
- 21. quam A.
- 22. multoque imposta auri centenaria B.
- 23. nummissa B.

celeri impetu lapis post se traxit, ac si pro tanto auri pondere levissima penna videretur imposita. Quo spectaculo super altitudinem humanę estimatio-  
 nis adtonitus ait: „Non mediocriter in admirationem  
 5 me commovet, quod tantillę gemmę brevis substantia manibus adtrectata pene nullius est ponderis, sta-  
 terę vero appensa tantę videtur gravitatis. Unde,  
 quoniam evidens experientia sufficienter persuasit oculis, quod nullo modo auribus sugerere sufficit  
 10 ad fidem assertio cujuspiam narrationis, edissere jam voce mysterium hujus novitatis!“ At Judeus „pa-  
 tienter“ inquit „sustine, o bone rex, donec evidens  
 operatio suę propositionis executionem determinet;  
 et sic demum indagine competenti mysteriorum seriem  
 15 verbo aperiam.“ Sumptaque minori statera, qua pon-  
 deris ordinem iniciaverat, in parte una lapidem injec-  
 cit, eumque subtili terre pulvere operuit, et in altera  
 unum aureum posuit, qui statim inferiora petens la-  
 pidem post se facili motu traxit. Expositoque aureo  
 20 plumam levissimam injecit, que pari modo lapidem

1. inpetu celeri B.
3. supra B.
4. attonitus B.
4. admirationē B.
6. attrectata B. ponderis ē B.
7. appense B. videatur A.
9. sufficeret B.
12. ait B.
15. urbis aperiam B.
16. nunciaverunt A. iniciauer't B.
18. aureū unū B.
18. inferiore B.
19. facile B. *in margine.*
20. lapidem post se traxit et pondere superauit B.

pondere superavit. His pene ex sensu factus Alexander „fateor“ inquit „nichil me unquam in rebus humanis huic simile vel mente concepisse, vel auditu comperisse, vel visu didicisse.“ At Judeus „sufficiat“ ait „jam actionis assertio, et nunc, quid in his latet, 5 pandat evidens verborum executio.“ Ad hęc Alexander „quoniam“ inquit „de urbe, quam vidi, ejusque incolis, et eorum conditione non minima me movet ambiguitas, queso, ut de singulis mihi satisfacias.“ His prēlibatis et in faciem ejus universis intenden- 10 tibus Judeus hac voce solvit silentium: „Quod vi- disti, o bone rex, urbs nec dici debet, nec est, sed maceria solida, et impenetrabilis omni carni, quam in terminum ulterius progrediendi statuit universorum conditor justorum spiritibus carne solutis et ibidem 15 corporis resurrectionem prestolantibus. fruuntur au- tem ibi quiete opaca, quam deus illis disposuit, sed non perhenni, quoniam post judicium recepta carne cum creatore suo regnabunt in eternum. Hi spiri- tus, humanę salutis avidi, commonitorum felicitati 20 tuę hunc lapidem destinaverunt, ad commonendum te et compescendos inordinatos et indecentes tuę ambi-

2. inquit nileil me umquā B.
3. simile concessit uel mente B.
5. et non A.
6. pandās, *deleta quidem litera s, et in margine ab eadem manu adjecto vocabulo* uidēs B.
7. inquit B.
9. ambigoitas B.      michi satis facias B.
12. ubs B.
19. regnabūt B.    regnabit A.
19. Hic spem A.
21. destinauerunt lapidē B.
21. communiendo A.
22. cōpescendos B.      ambitioīs tue B.

tionis conatus. Et revera, quid etiam commodi prestat insaciabilis cupiditas, quę crebris mentem consumit curia, nulli credens suspicione torquetur et diffidentia, et homo rationabilis omni exhaustus quiete  
 5 servi sui servus turpis effectus anxietate custodiendi noctes pervigiles diebus continuat. At tu, si, propriis sedibus contentus, patrimonii tui sufficientia delectareris, nunquam ad defectum regii honoris pertingeres, dum quiescenti tibi et curis omnibus exuto  
 10 questus et divitię famularentur totius regni, et omnium thesaurorum copia tua repleret gazophilatia. Nunc vero, nec tuis nec externorum copiis contentus, in medio thesaurorum tuorum egestate deprimeris, nulla sufficientia saciaris, sed cum grandi vite  
 15 tuę periculo, et non absque tuorum detimento, extranei eris pondere indecenter oneraris. His commotionum promulgationibus prodigiī summa contineatur, quod lapidis hujus natura testatur. Hic, quemadmodum videtur forma et colore, revera humanus est  
 20 oculus, qui, quamdiu vitali potitur luce totius concupiscentię estibus agitat, novitatum multiplicitate pascitur, et auro sibi redivivam famem subministrante nulla prorsus sacietate compescitur; et quo amplius multiplicando proficit, eo sollertia exaggerandis in-  
 25 cumbit, sicut in praesentiarum mirifici ponderis nova

1. quidē cōmodū B.
8. delectariris B.
9. dumque A.
12. extraneorum B.
16. Hujus A.
19. ē B. esse A.
23. nullius A. nulla prossus satietate B.
25. in presentia A.

probavit operatio. At ubi, vitali motu subtracto, materni cespitis visceribus commendatur, nullius utilitatis usibus patet, nichil delectatur, nichil ambit, nullo affectu mutatur, quia nec sentit. Unde et penna levis, quae etsi modice, tamen cujuscumque 5 utilitatis est, hunc lapidem terre pulvere coopertum pondere superavit. Te igitur, o bone rex, te, inquam, moderatorem totius prudentię, te victorem regum, te possessorem regnorum, te mundi dominum, lapis iste prefigurat, te monet, te increpat, te sub- 10 stantia exilis compescit ab appetitu vilissime ambitionis. Quod salva gratia tua, domine mi rex, dixerim; et si forte regii honoris normam invectiva oratione excessi, exactionis tuę imperio coactus, insipientię meę cessi.“ Mox Alexander morarum im- 15 patiens in oscula ruit senis, regiisque muneribus onustum remisit ad propria, imprecans prospera vitę ejus et saluti. Ipse vero finem omni cupiditati imponens omnique ambitioni, liberalitati et honestati vacabat, et, ut magnificentiam regiam decebat, in 20 suis munificus et in cunctis largifluus. Indeque sedens per locorum compendia suę ditioni subacta, detentusque diversis atque necessariis justiciarum ordinationibus, tandem post circulum alterius semis anni, devenit Babyloniam, ubi, jam quasi patrię red- 25 ditus, post multimodos laborum agones indulgere

1. operatio probavit B.
7. inquit B.
9. regē B.
13. honoris regii B.
18. Ipseque finem B
23. ac B.
25. quasi iā B.

cepit securitati atque quieti, dimissionem concedens  
 vię comitibus, omnibus secundum qualitatem cu-  
 jusque probitatis auri argentique multiplicitate  
 ditatis. Cumque omni malorum suspicione posthabita  
 5 nobili floreret magnificentia et regali jocundaretur  
 gloria, ab uno domesticorum suorum, quo minus  
 suspicabatur, mortifero infectus est poculo, sicut in  
 responsis acceperat in India ab arboribus solis et  
 lunę. Cumque vim veneni in se grassantis vicina  
 10 jam morte sentiret, accitis juvenibus secum ab in-  
 fantia nobiliter, ut decebat regiam magnificantiam,  
 educatis, regnorum suorum jura divisit, constituens  
 monarchię suę terminos, et militum cohortes pacis  
 et condordię ad invicem incrementum confirmans,  
 15 veritatis et honestatis atque liberalitatis studium omni-  
 bus inculcans, et ad imitationem sui in omni probi-  
 tate cunctos instruens, valeque dictis singulis diem  
 clausit extreum. — aevia [*i. e. alleluja*].

Explicit magnifici vita regis Alexandri.

- 1. et quieti B. missionē B.
- 2. omnibusque B.
- 3. cuius B. multiplicatione A.
- 4. *Quae post ditatis sequuntur, in cod. B. desiderantur, substituta eorum in locum narratione de Alexandri morte, quam libri scriptor partim ex Julii Valerii epitome, partim ex Curtii libro decimo hausit.*



TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.





BIBLIOTECA DE MONTSERRAT



13020100023587

BIBLIOTECA

DE

MONTSERRAT

F

Varia Octau

304

Número

1

